ad deum ſuum orationem faciendo et
ipſius bonitatem et miſericordiã cum
ſummo deſiderio implorando · mutacõ
nem vite et emendationem morum
ꝓmittendo et ꝓmiſſionem dei adiuto
rio adimplendo · Hanc tamen formu
lam meditandi aut ſimilem ita debes
dirigere vt non incidas deſperationẽ
ſed inflammeris ad ſatiſfactionem et
emendacõnem vt ꝓmptus ad omnẽ
laborem et omniũ paſſionum toleran
tiam efficiaris ·

De ſcda examinatiõe qua homo
ſeipm diſcutit de toto ſtatu ſuo interi
ori et exteriori et ꝑ quã venit ad hoc
vt ſenciat primũ deſcenſum et virium
anime deſtitucõnem · Capl · vij ·

Vt autem primum lapſum et deſ
cenſum tuum ꝑ adam et virium
anime tue deſtitucõnem melius cog
noſcas, immo eciam vt generaliter

omnia vicia et paſſiones euidentius
ſentias debes nonnunq̄ tempore opor
tuno aliam de te et toto ſtatu tuo fa
cere diligentē diſcuſſionem et ſtudio
ſam examinacōnem . Examina igit̄
primo diligenter hominem tuū interi
orem . Vide ad quid vires anime mo
uent q̄ longe q̄ prope ſcd̄m id qd̄ de
bent vel ſcd̄m id qd̄ tibi a deo date fu
erunt vt prius audiſti . Examina raci
onem . cogita an nō ſit in multis erro
nea an nō curioſa et occupata vanis
relinquens ſalubria . An non decepta
ſuis credens diffinitionibus . non con
ſentiens humilib9 et ita ptinax An nō
ſuperba credens ſeipſum eſſe aliq̄d cū
nihil ſit . melioribus ſe preferens . no
lens ab alijs doceri . Indiciabil' et indo
cibilis et incapax bonorꝝ conciliorꝝ .
Deinde examina memoriam Vide
quales meditationes frequentius ha

beas · Nam q̄d plus diligis vel times
inde frequencius cogitas · Deinde ex
amina appetitus tuos · Cogita vnde
triſtaris vnde turbaris vñ gaudes et
letaris · quid ſperas et quid odis et
tunc bene videbis q̄ longe ſis prolap
ſus · Vide quales beſtie aſcendere ſo
leant vim tuam cōcupiſcibilem vtpꝫ
gula luxuria vel auaricia · Vide q̃les
fere tranſeant ꝑ tuam iraſcibilitatē
an ſcꝫ leo ſupbie · canis iracundie · ba
ſiliſcus inuidie · Deinde examina exte
riorem hominem · Nam motus inordi
nati hominis exterioris ſunt indicia in
terioris deordinati · Vide ſi nō ſepe ex
cedis verbis duris detractorijs adula
torijs · iocoſis vaniloquijs vel multilo
quijs · Item vide precipue an cum om
nibus caritatem teneas · an nōnunq̄
ledas conſciencias aliorum ſcandalo
inq̄etudine vel nouitatū p̄ſumptione

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Item an̄ ferueas zelo ad alios carita
tiue āmonendum vel eciam humiliter
increpandum. Item ſi opus tibi com
miſſum ſtudeas fideliter adimplere.
Item examina te de lectione medita
tione oracōne ꝛ ſic de alijs quomō in
ſingulis huiuſmodi te habeas vel eas
ſoleas ordinare.

De tercia examinacōne qua homo
cotidie diſcutit ſe de exceſſibus cotidi
anis. qua homo diſcit ſentire impuri
tatem cordis et de reuelacōne paſſio
num. Capl̄. viij.

Ut autem ſecundū deſcenſum tu
um quo videlicet ꝓpria concupi
ſcencia abſtractus impuritatem con
traxiſti ſentire valeas. Terciā adhuc
debes de te facē examinationē et hoc
cotidie et maxime vt vult Bern̄dus
poſt cōpletorium. Tunc em̄ ſingulis
diebus debes diligenter reſpicere et

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf